

Renouationis et re
 stauracionis modus,
 Inflammatio.

Vrtica.

Ignis.

Ignis duplex.

Materialis.

Essentialis.

Cantharides.

Restat iam dicere quomodo fiat Restauratio et
 Renouatio, et considerare inflammationem sui qua
 in Spiritu vitæ habet, et in humido radicali, ex qua
 quidem inflammationis incensione, operationes
 prædictæ proueniunt. Similis autem hæc est inflam
 matio vrticæ, quæ vim habet adurendi. Sed quis est
 qui ratioe sua assequat intimam eius causam, cum nõ
 appareat materialiter in actu, quod facit sensibili
 ter. Sic etiam Renouatio et restauratio est Inflam
 matio Naturæ, ex virtute, quam nobis recensere nõ
 licet. Per Ignem tamen omnia Purgari et clarifica
 ri, exactè cognoscimus et ad sensum videmus: Na
 turaliterq; etiam id constat, talia non posse in corp
 ore fieri, præterquam per Ignem. Ideoq; dupli
 cem ignem cognoscere debemus, Materialem et Es
 sentialem. Materialis quidem fit per flammam, et
 vstionem. Essentialis verò per sui essentiam et vir
 tutes, vt cum Cantharides cutim exurunt et vesicant
 instar potentis ignis, et tamẽ nullus adest ignis, nec
 sentiuntur esse ignitæ: sic flammula, sic vrtica, vt
 diximus. Sic quoq; certò nobis scire licet, Restaura
 tionis et Renouationis vires hoc eodem modo se
 habere, postq; in corpus veniunt, ac sese cum eo in
 eandem coniunctionem vniunt, quòd scilicet ope
 ratio, eiusmodi in eo fit, qualis in Mercurio Satur
 ni, vel